

Comment. In Danielēm

Tullius. buebant. Eos fecutus Marcus Tullius in sexto libro de republica: Hominibus, inquit, animus datus est ex illis sempiternis ignibus, quæ sydera, & stellas vocatis, quæ globosæ & rotundæ diuinis animatae mentibus circulos suos orbesque configunt celeritate mirabiles. Platonicus Philo Iudæus in libro de somniis, & in libro de opificio sex dierum, stellas ait esse rationis participes & diuinæ. Non solum Platonici, sed etiam Peripatetici ad ipsum fatentur. Nam eorum princeps Ariostes libro secundo de celo loquens de astris: Oportet, inquit, ipsa viuentia esse existimare, atque actionem habere. Idem etiam ait septimo & octauo naturalium. In eadem sententia est Theophrastus in libro de celo, & Ptolemeus, qui aperte afferit coelestia corpora viuente, & animata esse: & Alexander Aphrodites in Commentariis in duodecimum librum primæ philosophiz. Eandem sententiam fecuti sunt Auticena, Algazel, Alzazel, Zaelas, Albumasar, Hali, Aratus, Manilius. Qui omnes irrident eos, qui coelestibus globis denegant vitam. Atheniensis auctore beato Augustino libro octavo de Ciuitate Dei damnarunt Anaxagoram philosophum insignem, quod sole negare esse Deum, aut aliquid animatum. Piaculum magnum esse putabant, & inexpiable scelus non afferere esse solem animæ intellectualis participem. Sed quid mirum, cum nonnulli ex Christianis magni nominis auctores dicant corpora coelestia esse animata, inter quos est Origenes, cuius opinionem videatur se qui diuus Hieronymus explanans illud Ecclesiasticus: Lustrans vniuersa per circuitum pergit spiritus. Diuus Augustinus in secundo in Genesim ad literam, & in Enchiridione questionem hanc sub dubitatione relinquens, neutrā partem affuerans: distrahebatur enim in deliberando animus afferens ancipitem curam cogitandi. At magnus Basilius homilia terrena de opificio iuxtierunt afferuerant affirmat coelestia corpora non esse animata. Id quod cum eo constanter afferit dominus Damascenus libro 2. de fide ortho-

doxa. Eos sequitur diuus Thomas prima parte, quæstione 70. articulo 3. Nicolaus Thom. de Lyra in caput 10. Ieremias: Augustinus Eugubinus in Psalmum decimum-octauum. Sixtus Senensis libro octauo Bibliothecæ sanctæ cum infinitis aliis excellentibus scriptoribus, qui celos non esse animatos omni affueratione testantur. Nec credendum est diuum Hieronymum aliter sentire: nam si verba eius in Ecclesiæ item attente, ac diligenter persperges, videbis eum non dicere esse cęlos anima præditos: immo secus credere, & quippiam longe diuersum voluisse significare. Nam in epistola ad Auctiū inter Hieron. errores quos in libris Periarchon Origeneis caueri admonet, assertio[n]e de stellis anima rationis compote præditis enumera. Et c. 45. in Esaiam eos irridet, qui animam tribuant syderibus. Et diuus August. plane affuerat nō posse esse animam vivam in corpore sensus expertise, vt videre licet in libro questionum in Exodū, cuius verba sunt in lacros canones relata. 3 2. q. 2. Quod vero non formatū. Atqui apertū perspicuumq[ue] est celos sensum non habere. Quare ex ipsis Augustini sententia concludimus, non esse illos anima præditos rationis participe. Ac tametsi diuus Thomas in 2. contra gentiles cap. 7. velit Thom. celum ex Aristotelis opinione esse animatum, non tamen in illa fuit sententia, vt constat ex iis, quæ prima summa theologia pars afferunt quæsto. 70. Sed contra gentiles attulit Aristotelis opinionem, in partibus verò suam propriam. Mouetur quidem cęlis ab intelligentiis, quas quidam mentes coelestes, quidam formas, quidam angelos, quidam spiritus vocant. Hi spiritus coniunguntur cum celis, quibus afflunt, sed non tantum formas informates, vt ita dicam, sed vt mouentia mobilibus. Quare non est dicendum globos cęlestes esse animatos, sed animæ expertes. Ratio autem qua afferunt nonnulli ad probandum celos esse animatos, quoniā hoc Danielis loco ad Dei laudes inuitantur, ridicula est quia in eodem cantico ad id et in inuitantur imber, ros, ignis, aestus, gelu, frigus, motes, colles, & alia huiusmodi sine

COR.